



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

**González Téllez, Emanuel
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Caput XXVII. (a) Idem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74526)

in finali iudicio experiri, l. 2. §. si publico, l. si uxori
13. §. iudex, ff. ad legem Julianam, de adulterio
unde cum in dicto cap. ex litteris, etiam

maritus adulterium perpetrasset, non poterat
ullus conjugibus alio invito religionem in-
gredi.

C A P U T XXVII.

(a) Idem.

Accedens ad præsentiam nostram I. mulier lachrymabiliter proposuit coram nobis, quod cum Vv. vir ejus (b) Elien. diceat. eam sibi in legitimo matrimonio copulasset, & per xx. ferè annorum spatium eidem cohabitans, prolem suscepisset ex ea, volens tandem idem vir habitum assumere monachalem, postulabat humiliter ab eadem, ut tam pio proposito faveret ipsius: quæ propter multa verbora, & aliarum molestiæ gravamina prædictus vir inferebat eidem, se ipsam afferens dimissurum, annuit votis ejus. Cumque idem vir ad domum de (c) Vendon. Cistren. Ordinis accedens, ibi religionis habitum assumpisset, mulier ipsa transferens se ad dominum monialium, nullo ibi religionis habitu assumpto, vel voto emissâ conversionis, permanxit ibidem, cui pro labore manuum suarum eadem moniales vita necessaria ministrabant. Processu verò temporis, cum idem vir ad seculum rediens, religionis habitum reliquisset, & eadem mulier se instanter ab eo petere reassumi, ipse illam recipere penitus contradicens, præter verba, quibus sepe affectus eandem, sibi convitia plurima, & graves injurias interrogavit. Quocirca dil. v. per Ap. f. præc. m. quarti. fires ita se habet, & dicta mulier illius ætatis existit, ut de lapsu carnali illius merito valeat dubitari, dictum virum ut eam recipiat, eique effectum exhibeat conjugalem, per cens. eccl. ap. rem. (d) cogatis.

N O T A E.

1. (a) *I*dem. Ita etiam legitur in quarta collectio-
ne, sub hoc tit. cap. unico; nullibi tamen ex-
primitur cui rescribat Innocentius, nec inter ejus
epistolas editas à Sirleto, & Bosqueto reperitur
textus hic.
2. (b) *Elien.*] Diceceis est in Anglia, de qua

egi in capite postulasti, de re scriptis.

(c) *Vendon.*] An legendum sit *Vader*, sive *Ven-*
der, aut *Berndt*, non audet assertere Manrique
tom. 2. annal. Cisterc. anno 1148. cap. 16. num. 2.
& anno 1150. cap. 11. num. 1.

(d) *Cogatis.*] Quia consensus ab ea præstitus
nullus fuit, cum ex gravi metu esset extortus, juxta
tradita in cap. 1. de his que vi.

C A P U T XVIII.

Honorius III. Episcopo, Decano, & Thesaurario (a) Lingon.

Significavit nobis A. mulier, quod cum ipsa R. militi viro suo coram Decano sancti Quiriaci (b) Pruinensis, vice bona memoriae P. Archiepiscopi (c) Senonensis in hac parte fungente, licentiam concesserit Religionem intrandi, continentia tamen voto eidem injuncto, & recepta fide ab ipsa, quod (d) perpetuo contineret, idem Decanus post factam professionem à milite antedicto in monasterio, in quo habitum assumperat monachalem, asseruit ipsam deberet religionem intrare, quamquam id primò non expressisset eidem, hoc expresso ipsa illi licentiam non dedit: ac eam ad hoc per venerabilem fratrem nostrum Archiepiscopum Senonen. fecit plures commoneri, propter quod eadem de consensu dicti Archiepiscopi nostrum super hoc consilium imploravit. Quocirca mandamus, quatenus si est ita, & talis ætatis, qua suspicio non possit haberri, ipsam votum continentia observantem intrare monasterium compelli non permittatis.

N O T A E.

1. (a) *L*ingoniensi.] Ita restituo inscriptionem, &
litteram hujus textus ex quinta compilatione
Honori III. cum male legatus in sexta collec-
tione, *Innocent. III. De Lingoniensi Ecclesia*
nonnulla notavi in cap. 8. de re scripto.
(b) *Pruinensis.*] Legendum esse Pruinensis,

jam notavi Cironius in praesenti; quæ Ecclesia sancti Quiriaci est Collegialis in dieceesi Senonensi, sub Decanatu Pruinensi.

(c) *Senonensis.*] Petri de Corbolio, de quo egī
in cap. 1. de postul. Prelat.

(d) *Perpetuo contineret.*] In domo propria, sicut
olim plures virgines, & viduae castitatem pro-
fitebantur, ut probat Cironius huc, & notavi